

## ) Fo. CXCIII

mortis supplicio gratis eripuit auferen-  
 do peccati. Hac enim credulitate munitur non  
 obliuisceris diuinam misericordiam die no-  
 ctuque supplicare, obsecrans beatam spem  
 omnium credentium in se quod est christus dominus.  
 ut huiusmodi fidei veritate firmiter teneas. inui-  
 olatamque custodias: quod spiritus sanctus fidelibus  
 se deprecantibus copiosius sumministrat ad-  
 iutorum. sicut propheta dicit. Prope est do-  
 minus omnibus inuocantibus eum in veritate. Vo-  
 luntate timentium se faciet: et omnes peccatores  
 disperdet. Et iterum ipse deo dicit. Ecce  
 omnes qui se elongant a te peribunt. perdidisti  
 omnes qui fornicant abs te. De se autem ait.  
 Tibi autem adherere deo bonum est: pone-  
 re in domino spem meam. Adhere igitur deo  
 fidei charissime: et in ipso spes tuam toto corde  
 fidei et charitate persiste. In militia secu-  
 li exhibe regi terreno fidele seruitium: quod  
 diligit deus. hoc mandatur apostolus. In causa ve-  
 ro fidei: quia christus nos redemit in san-  
 guine suo: omnis de corde nostro timor abice-  
 dat. Illi autem animas nostras debemus. cuius sangui-  
 ne redempti sumus? Illi debemus pro omnibus  
 diligere: quem nouimus nostrarum animarum cle-  
 mentissimum redemptorem. Illi debemus ti-  
 mere pro omnibus eternam et veram potestatem.  
 quem venturum speramus equissimum iudicem  
 Illius debemus promissa toto affectu cor-  
 dis appetere: qui potest animam et corpus dona-  
 re vitam eternam. Illi debemus timere ira-  
 cundiam: qui potest animam et corpus mittere in ge-  
 hennam. in cuius iudicio sine acceptioe perso-  
 narum: sine ambitu potestatum. equaliter iudi-  
 cabuntur domini et serui: reges et milites: diui-  
 tes et pauperes: humiles et sublimes. Ubi  
 seruus quisque hic fidei dei in veritate te-  
 nuerit regno potestatis eterno. dominus autem infide-  
 lis sempiterno eruret incendio. Ubi  
 seruorum dominorumque fidelium. nec vita termina-  
 bitur nec leticia finietur. Infidelium vero sine  
 seruorum siue dominorum. finis sermonis propheta-  
 ci veritate. ignis eorum non extinguetur: et ver-  
 mis eorum non morietur. Ibunt enim inique in  
 ignem eternum: quod parat est diabolus et angelus  
 eius. Attendam autem quos illic saluato-  
 rituros esse predicauerit. Nempe illos quibus  
 dicitur est. esurui et non dedistis mihi ma-

ducare. sitiui et non dedistis mihi bibere.  
 nudus fui et non vestistis me. hospes et non  
 suscepistis me. infirmus et in carcere et non  
 venistis ad me. Quod si in ignem eternum di-  
 gne mittetur qui christo in suis minimis  
 esurienti panem non dederit. quod passus est  
 qui ipsum panem qui de celo descendit: sibi pro  
 infidelitatis vitium admittit. Et si in flam-  
 mis pennibus eruret. qui christo in suis  
 minimis sitiienti calicem aque frigide non  
 tribuit. quod ille patietur qui renatus est aqua  
 et spiritu sancto: sanctum baptismum in se itera-  
 re permittit: quod ad salutem semel et ad sacra-  
 mentum sancte regenerationis accepit. Et  
 si illum credimus pennibus subdendum esse tor-  
 mentis. qui christum in suis minimis pegri-  
 num hospitio negligit charitate suscipere.  
 quid passus se putauerit qui dominum christum  
 de domo sui cordis excludens. et diabo-  
 lum in se ceca proterus infidelitate recipi-  
 ens. de sancta ecclesia quod est columna et firma-  
 mentum veritatis. heretica circumuetus falsi-  
 tate discesserit. Et si ille qui infirmos atque  
 in carcere positos famulos christi non vi-  
 sitat: igni deputatur sempiterno. quod illis re-  
 tribuendum dicimus qui dei famulos in quibus  
 sola persequitur fidei veritatem. aut  
 squalore carcerum. aut exilio deportatio-  
 ne violenter affligunt. Sed in his omni-  
 bus licet infideles seuiant: deus tamen su-  
 is auxilium sumministrat. Et dominus inimici si-  
 dei aut callida quocumque seductione aut vio-  
 lenta compulsionem cupiunt deprauare. christus  
 qui est virtus et sapientia dei. ut mortifi-  
 cere suasionis promissa despiciant: et virtutem  
 tribuit. ut terroribus humanis ro-  
 bore diuini timoris obsistant. tantum est  
 ut voluntas non auertat a deo: et fidei pre-  
 mio potiat. Ipsa est enim cui aut pro infideli-  
 tate infligit eterna pena. aut seruate fidei  
 merces erit sempiterna leticia.

¶ **Explicit liber sancti Augustini de re-  
 gula vere fidei ad petrum diaconum.**

¶ **Incipiunt sermones duo auctoris Augustini de vita et moribus clericorum.**

F 2